

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Concl. V. Omnes veri Ordines à Christo sunt instituti, & probabiliùs  
Sacmenta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

56.  
Quae etiam  
applicari  
potest ver-  
bis Clem-  
entis.

Consimiliter intelligo Clement. Rom. lib. 3.  
Constit. Apost. c. 11. sequentis tenoris. Inmo-  
neque reliquis Clericis potestatem baptisandi facimus,  
ni Lectoribus, Cantoribus, Ianitoribus, aut mini-  
stribus, nisi tantum Episcopis & Presbyteris ministri-  
tibus Diaconis. Qui per hoc ausi fuerint, penas Co-  
ritarum pendent. Neque Presbyteris potestatem da-  
mus ordinandi Diaconos aut Diaconissas, aut Lec-  
tores, aut ministros, aut Cantores, aut Ianitores, sed  
Episcopis tantum; hic enim est Ordo Ecclesiasticus,  
& concentus. Hac ille.

Ubì collationem Cantoratus vocat Ordina-  
tionem. Sed, sicut dixi, Ordinationem sumit la-  
tius pro collatione officii Ecclesiastici; neque  
enim ibi erat quæstio, an omnia enumerata  
essent veri Ordines, prout huc de Ordine lo-  
quimur, sed an illa officia Ecclesiastica (sint  
vel non sint propriæ dicti Ordines) possent con-  
ferrri à Presbyteris.

Et quāvis Clemens ibi resoluerit partem  
negativam, forte, quia tunc illa officia conse-  
rebantur ritu Ecclesiastico, & modo stabili;  
equidem hodie contrarium apparet verum de  
Psalmistatu, seu de Cantoratu, ut patet ex Pon-  
tificiali supra, idque quia modo non conferunt  
Cantoratus ritu aliquo Ecclesiastico & stabili  
modo.

Ad illud, quod objicitur; quod Prophetia  
Psalorum est dignior, vel æquè digna, quām  
alii Prophetie. Respondet Doctor Seraphicus  
suprà ad 2. Quod digna est, quantum ad intellectum  
& sensum, ita, sicut alia; sed quia Psalmista non  
tantum erudit per sensum verborum, sed etiam exci-  
tit mentes per tantum musicorum, & per emissionem  
vocum resonantium, & hoc competit multitudini;  
alias vero Prophetias competit uni recitare, cui ali  
sint intenti: ideo oportet illum, qui legit esse proverbi-  
um, non ratione eius, quod recitat, sed ratione  
modi recitandi.

Ad aliud, quod objicitur; quod nobilis &  
dignius officium est Psalms in Ecclesia recita-  
re, quām sit ostia custodiare: Dicendum (inquit  
Bonaventura supra ad 3.) quod maioris autoritas  
& dignitas est excludere indigos, & admittere  
dignos ad divinum officium, quām interesse & Psal-  
mos cantare, pro eo, quod primū dicit quādam  
autoritatem & potestatem: nec competit alii, nisi  
detur ab eo, qui habet autoritatem eminentem, sci-  
llet ab Episcopo. Sed psalmodia respicit scientiam &  
vocabum, & qui habet haec, sine donatione autoritatis,  
potest hoc facere solum iustitione Sacerdotis, ut predictum  
est; quāvis ergo istud officium maius videatur, tamen  
si consideretur autoritas utrobique, illud est maius,  
quam hoc. Haec est Doctor Seraphicus.

Nec video quid aliud possit objici. Teneo  
itaque cum hoc Doctore, & aliis communiter,  
Psalmistatum, seu Cantoratum non esse Ordini-  
nem propriè loquendo, prout huc, distinctum  
saltē à Lectoratu, sed potius officium aliquod  
Ecclesiasticum, Lectoratu annexum.

Idemque afferro de officio Laborantium seu

Fossariorum, prout etiam de officio sepeli-  
tum mortuos, quāvis aliquando à Patribus  
enumerentur inter Ordines; afferro, inquam, et proprie-  
tatem non  
dicitus Ordō  
ut nec offi-  
cium sepa-  
litentiū,

Fossariorum, prout etiam de officio sepeli-  
tum mortuos, quāvis aliquando à Patribus  
enumerentur inter Ordines; afferro, inquam, et proprie-  
tatem non  
dicitus Ordō  
ut nec offi-  
cium sepa-  
litentiū,

Fossariorum, prout etiam de officio sepeli-  
tum mortuos, quāvis aliquando à Patribus  
enumerentur inter Ordines; afferro, inquam, et proprie-  
tatem non  
dicitus Ordō  
ut nec offi-  
cium sepa-  
litentiū,

Quod autem Patres aliqui eorum memine-  
rint, sicut dixi, ratio est; quia non agebant  
particulariter de Ordinibus Sacramentis, sed  
in genere de Officiis Ecclesiasticis; inter quæ  
hæc poterant aliquo modo computari; tum  
quia sepultura à Ecclesia pertinet, tum quia  
fortè tunc temporis ritu aliquo Ecclesiastico &  
stabili modo conferebantur.

Porrò quod Patres illi non cutaverint ira de  
veris Ordinibus, quām de Officiis Ecclesiasticis,  
vel indè satis colligitur, quod subinde ali-  
quos veros Ordines omiserint, enumeratis aliis,  
qua secundum communem sententiam non  
sunt veri Ordines.

Itaque nullum aliud est officium Ecclesiasti-  
cum, prater tres Ordines majores (sub Sacer-  
dotio comprehendo Episcopatum) & quatuor  
minores, quod possit censeri verus & propriè  
dictus Ordō, prout est sextum Sacramentum;  
quia de nullo alio constat, esse aut fuisse gradum  
præminentem in Ecclesia, disponenter de  
congruo ad actum aliquem pertinentem ad con-  
secrationem, vel dispensationem Eucharistie,  
tituque Ecclesiastico, ac stabili modo collatum.

Sed numquid interrogat quispiam, tres Or-  
dines majores, & quatuor minores, omnes sunt  
à Christo instituti, & vera Sacraenta novæ  
legis? Respondeo:

## CONCLUSIO V.

Omnes veri Ordines à Christo  
sunt instituti, & probabilius  
Sacraenta.

**Q**uāvis Doctores Catholici convenient  
in septenario numero Ordinum, trium  
majorum, & quatuor minorum, docentes; om-  
nes esse veros Ordines; tamen Aliqui dicunt,  
solū Sacerdotium esse verum Sacramentum.  
Alii tamē idem affirmant de Diaconatu, ne-  
gant tamē de Subdiaconatu & minoribus Or-  
dinibus. Aliqui Subdiaconatum adjungunt  
Diaconatu; nos autem cum veteri sententia  
ensemus, etiam minores Ordines imino & Epi-  
scopatum. Si est distinctus Ordō à Sacerdotio,  
esse vera Sacraenta. Et quia Sacraenta esse  
non possunt, nisi à Christo sunt instituti, hoc  
primū probandum erit.

Pro-

60.  
Patres loca-  
ti fuerunt  
de officiis  
Ecclesiasticis.

61.  
Conveniens  
DD. in sepa-  
tentatio au-  
mero Ordin-  
num.

Probatur autem ex Conc. Trident. sess. 23.  
ex Trident. omnes Ordines à Christo esse institutos.

can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divinam ordinatione institutam, qua com-  
stat ex Episcopis, Presbyteris & ministris; anarbe-  
matis.

Nulla porid est ratio per ly Ministris, intelligendi, vel solum Diaconum, vel solum Diaconum & Subdiaconum; ergo intelligendi omnes, de quibus egit Conc. eadem sess. c. 2. Et qui illi? Diaconus, Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Lector & Ostiarius.

62.  
Ab initio  
Ecclesie  
omnes Ordines  
fuerunt in usu.

Nollus Ordo legitur de novo institutus per aliquam Constitutionem Ecclesie.

63.  
Probatio ex  
Can. Apost.

Maximè cùm non inventariat aliqua Constitutio Ecclesiastica, per quam de novo vel minimus ex illis Ordinibus institutus, sed omnes Constitutiones supponuntur, ante illos Ordines fuisse institutos, & faciunt mentionem ab ipsis, tamquam jam pridem instituti, etiam ipsi Canones Apostolorum.

Patet ex Can. 1. Apost. Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur. Et can. 2. Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, & Diaconi & reliqui Clerici. Item can. 42. Hypodiaconus, vel Lector, vel Cantor similia faciens (id est aleis, vel ebrietatibus vacans) vel cesseret, vel segregetur.

In quibus utique Canonicus non instituitur Episcopatus, Presbyteratus, non Diaconatus, Subdiaconatus, Lectoratus, sed supponuntur jam instituti illi Ordines, & significatur à quibus debeat conferri, & à quibus Ordinati debeat abstinere, ac proinde non sunt instituti ab Apostolis, sed immediate ab ipso Christo.

Fatetur candidè, ut supra adhuc confessi sumus, in Scriptura non reperiri omnes illos Ordines, solum Sacerdotium, & Diaconatum; quia tamen alii Ordines spectant mediæ saltem ad Sacrificium Missæ, hinc existimamus, Christum, qui instituit Sacrificium, & Sacerdotium, ut omnes Catholici admittunt, etiam illos Ordines instituisse.

64.  
Doctrina  
Mag. Chil-  
liam in se-  
ipso ex-  
posito actus  
singulorum  
Ordinum.

Quod ostendit i. de  
Ostiaratu.

Quid immo Christum actus singulorum Ordinum in seipso excusile, docet Mag. Sent. 4. dist. 24. in principio hisce verbis. Septem sunt spiritualium officiorum gradus sive Ordines: Si-  
c ut ex sanctorum Patrum dictis aperte traditur, & capiunt nostri scilicet Iesu Christi exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est Ecclesia, eisdem Ordines observando re-  
liquerit.

Et probat per singulos gradus, primò de Ostiaratu: Hoc, inquit, officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto, videntes & ementes eicit de templo. Ipse enim, se Ostiarium significans dicit: Ego sum Ostium, per me

si quis introierit salvabitur & ingrediatur & igni-  
detur & pascua inveniet.

Secundò de Lectoratu: Hoc officium impli-  
christus, cùm in medio Seniorum huius Iesu ap-  
plicans, distinxit ad intelligendum legi: Spiritus Do-  
mini luper me &c. Ex quo Lectoribus datu incelli-  
gi, quia gratia spirituali claret debet, qui ali-  
verbum Dei annuntiant.

Tertiò de Exorcistatu: Hoc officium usus est Di-  
minus, quando salivâ suâ teigit aures & longan-  
surdii & muti dicens: Effeta, quod es, Adaper-  
re: Per hoc docens nos, spiritualiter debet operari  
præcordiorum bonum ad intelligendum, & ea  
ad confundendum; ut pulso domino Spiritus scellerata  
suum recipiat. Hoc etiam officio usus est Christus,  
cùm demoniacos multos sanavit.

Quartò de Acolythatu: Hoc, inquit, officium  
Dominus se habere testatur dicens: Ego sum lux mea  
di qui sequitur me non ambulat in tenebris.

Quintò de Subdiaconatu: Hoc officium usus est  
Dominus, quando linteo se precinxit, & nim-  
aguam in pelvam, pedes Discipulorum lavat, & ha-  
terste.

Sextò de Diaconatu: Hoc officio usus est Christus,  
quando post canam Sacramentum carnis & sa-  
guinis Discipulis dispensavit, & quando Apparua-  
menta ad orationem excitavit dicens: Vigilate  
ante ut non intratis in tentationem.

Septimò de Presbyteratu: dicens  
Hoc officio usus est Christus cum seipsum in au-  
tobutis, idem Sacerdos & Hostia, & quando pio-  
nam panem, & vinum, in corpus suum, & tangi-  
nem commutavit.

Hæc latius ex Mag. volvi referre, ut  
que festinè cognosceret, quomodo sint intel-  
ligenda hæc verba, quæ ibidem subiunguntur  
de septem Ecclesiæ gradibus breviter elasti, quid  
quemque pertineat insinuavimus. Cùmq; omnes tri-  
partites sint & faci, excellenter tamen Caro, don-  
tantum sacros Ordines appellati centen; bina-  
tus felicit, & Presbyteratus, quia his foliis pri-  
via Ecclesia legitur habuisse, & de his foliis precepit  
Apostoli habemus. Apostoli enim in singulis gradibus  
Episcopos & Presbyteros ordinaverunt, Lectorum  
ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maxima-  
sunt beatus Stephanus, Subdiaconos vero & Ostiarii  
procedente tempore Ecclesia sibi constituta.

Ex quibus verbis Valquez hic disp. 17. c.  
in principio, insert; Mag. lectorum sufficien-  
tiam, quam ipse patet multò probabiliter  
videlicet, quatuor minores Ordines, non sive  
ceramenta, à Christo instituta; sed ex sola Ec-  
clesie institutione dimisæ.

Sed, meo iudicio, non valet hæc illatio:  
Si enim Subdiaconatus & minores Ordines ex  
sola Ecclesiæ Constitutione dimisæntur, fe-  
cundum Mag. quomodo verum est, quod idem  
Mag. superè docet: Ielum Christum corpori  
suo, quod est Ecclesia, eisdem Ordines que-  
rum officia in semetipso exhibuit, obseruant  
reliquerit? Ergo, vel Mag. filius ipsi contradicit  
in

in eadem distinctione, quod non est abserendum de tanto viro; vel posteriora verba intelligenda sunt, non de institutione prima illorum Ordinum; sed de exercitio seu ministerio illorum Ordinum, quod aliquo tempore omisum fuit, eo quod non judicaretur necessarium propter paucitatem fideliuum. Ita Scotus supra n. 12.

Vide verba Doct. Concl. 3.

Igitur Magister potius pro nostra sententia allegandus, quam pro sententia Vasquezii. Magistrum autem sequuntur Doctores Angelicus, Seraphicus, & Subtilis, & plerique Theologi, teste ipso Vasquez supra c. 1. dicentes, septem Ordines non solum à Christo institutos, sed etiam fuisse & esse vera Sacraenta novæ legis. Ut mirum sit, aliquem velle adhædere paucis Theologis, propter rationes, satis infirmas, quam subscrivere Sanctis Doctoribus Ecclesiæ, & plerisque Theologis.

Et vero rationes satis infirmas esse, sic facile ostendo; præterim contra Vasquez, qui est neglegenter minoris Ordines esse Sacraenta, affirmat tamē Subdiaconatum esse verum Sacramentum. Sic, inquam, ostendo; quia, secundum hunc Autorem, sola optimâ conjecturâ, ex auctoritate Patrum rectè deductâ, hæc sententia confirmanda est. Et ambo quæ illa conjectura? Et quæ est ista auctoritas Patrum?

Primum (inquit Vasquez supra n. 16.) quia si usum antiquum Ecclesiæ observemus, compariemus utique, non semper eisdem in Ecclesiæ Dei Ordines minores extitisse, sed aliquam in hac re fuisse varietatem.

Hanc autem varietatem probat: nam Laboratores (quos alii Fossarios appellant) multi Patres inter alios minores Ordines memorant. Similiter Cantores, ut satis patet ex supradictis. Præterea (inquit n. 19.) sunt duo alii Ordines minores nunc in Ecclesiæ, quos post tempora etiam Apostolorum multo tempore non fuisse distinctos, manifestè probatur. Ex quo palam fit, eos non fuisse à Christo, sed ab Ecclesiæ institutos.

Rogas; qui sunt illi Ordines? Primus est Acolythus. Secundus Exorcistus. Nam Acolyti primò meminerunt Cyprianus & Cornelius, qui ducenti & quinquaginta annis post Christum floruerunt. Porro de Exorcista dicit Clemens Rom. lib. 8. Constitut. c. 26. alias 32. Exorcista non sit Ordinatione (neimpe Ecclesiastica & ab Episcopo) certare enim pro premio Exorcista, libera voluntatis est. Ecce optimam conjecturam ex auctoritate Patrum, propter quam Vasquez sequitur sententia paucorum Theologorum, eamque vocat multò probabiliorem.

Sed ego hanc conjecturam satis frivolam existimo, & nimis levem, ut propter eam recedere debeamus à communī sententia Theologorum. Quippe quod ad Exorcistam attinet, certum est ex antedictis, eum ab Ignatio, qui

fuit Apostolorum coetaneus nominatum fuisse. Porro Clemens Rom. loquitur de Exorcista, qui speciali dono pollebat ad expellendos demones, quod utique donum non conferebatur per Ordinationem, sed per speciale gratiam gratis datum, ut colligatur ex verbis subsequentibus: Ac Dei gratia per Christum & adventum Spiritus sancti. Siquidem qui gratiam sanitatum accepit, per revelationem declaratus à Deo, cum gratia, qua per eo est, omnibus est manifesta. Si vero necessitas posuerit, ut si sit Episcopus, aut Presbyter, tunc ordine natura.

Quocirca (inquit Vasquez supra n. 25.) nos Torriani in eum locum rectè notat, hoc genus Exorcista non esse ex numero Ordinum, sed pendere ex gratia Dei: & ita in antiqua Ecclesia, cum haec gratia sanitatis fidelibus conferbatur, non fuisse hunc Ordinem Exorcistarum; postea vero cum hoc donum ceaseret, successus officium & Ordinem Exorcistarum, sic ut clemente dono linguarum ex infusione Spiritus sancti, successit in Ecclesia peritia linguarum ex studio. Hæc ille.

Quasi vero ante donum linguarum ex infusione Spiritus sancti, immo & tempore istius doni, non fuisse peritia linguarum ex studio. Quis hoc crediderit? Atque ut sic esset; num inde rectè inseritur: Ergo Exorcistatus, prout est Ordo, non fuit à Christo institutus? Minime; sed ad sumnum sequitur, Ecclesiæ non ordinasse pro illo tempore aliquos Exorcistas, quia non erat illi Ordo pro tunc necessarius.

Probatur à simili; quia secundum Scotum 4. dist. 7. q. 1. n. 3. quādū mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis, quod forte fuit tōto tempore Apostolorum, Christus potuit dispensare cum Apostolis, & forsitan dispensavit in materia & forma, quibus modo utitur Ecclesia. Sed tamen, inquit, cœfiantibus talibus miraculis ministri debuerunt hanc materiam & hanc formam servare. Num inde rectè sequitur: Ergo Ecclesia primò instituit illam materiam & formam, & non Christus? Ad summum sequitur; Ecclesiæ pro illo tempore priori non fuisse sicut materia & formam, à Christo instituta, quia nondum erat necessaria.

Ex quo patet responsio ad ea, quæ de Acolytha dicit Vasquez, nimirum Ignatium & alios Patres, qui fuerant Apostolorum coetanei, non meminisse Acolythum, quia pro tunc ratiō erat in usu, id est, Ecclesia pro tunc paucos Acolythos ordinaverat, quia, ut supra diximus cum Scoto, eorum ministerium propter paucitatem fideliuum, non erat pro tunc oppidū necessarium.

Quin etiam dici posset; Clement. Rom. lib. 3. Constit. c. 11. Acolythus intellectus nomine Ministrorum, quando ait: Immo nec reliquis Clericis postularem baptizandi facimus, nisi Lectoribus, Cantoribus, Lanctoribus aut Ministris &c.

Qqq

Ec

Et infra : Negre Presbyteris potestatem damus ordinandi Diaconos aut Subdiaconos , aut Lectores , aut Ministros , aut Cantores , aut Janitores . Quippe Acolythus græcè , est sicut latine Minister . Ita A verba hic q. 1. l. 4.

Averba,

Potuisse etiam , inquit idem Author , alii ex Patribus Acolythus intellexerunt sub aliquo ex illis nominibus , quibus ministeria Ecclesiastica appellabant . Sicut Alcuinus lib. de divinis Officiis . cap. de Ecclesiastico Ordine testatur , Acolythus vocatum fuisse Obsequentem .

73.  
Occurrit  
objectione,  
de tempore  
ex auctoritate  
Simeonis Thessa-  
lonicensis.

Lector in  
defectum  
Acolythi  
potest facere  
eius officium.

Nec moveat quæpiam auctoritas Simeonis Thessalonicensis , qui lib. 8. de Mysteriis Ecclesie ( ut refert Turrianus in cap. 36. lib. 8. Constit. Clementis ) id quod nos tribuimus Acolythis , nempe prætre Sacerdotem cum lampade , & ferre oblationes ad altare , & urecolum cum vino & aqua , Lectoribus adscribit , ex quo colligit Turrianus , in latina Ecclesia Ordinem Lectoris fuisse in duos Ordines divisum , & constitutum specialem Ordinem Acolythi .

Hoc dico , neminem movere debet ; quia certum est , quod Lector illa possit facere in defectum Acolythi ; unde ad summum inde sequitur , quod tunc in Ecclesia Græca nondum erant diversi Ministri instituti , sed in actu secundo ordinati pro illis ministeriis , sicuti indubie quando scripsit Simeon Thessalonicensis , scilicet saeculo octavo , in Ecclesia Latina jam dum instituti erant , ut patet ex testimoniis Cornelii , Cypriani , & aliorum .

Deinde librum istum octavum de mysteriis Ecclesie non invenio in Bibliotheca Parrum , ubi tamen reperio alia opuscula sicutius Simeonis ; & in secundo opusculo , quod inscribitur de Mytagogia sive Missa n. 23. sic lego : post hac veneranda dona ( corpus scilicet & sanguis Christi ) cum comitatu & pompa splendida circumferuntur , Lectoribus , Diaconis , Sacerdotibus cum lampadibus & sacris vestis praetextibus & sequentibus .

Ubi non solis Lectoribus , sed etiam Diaconi & Sacerdotibus , adscribitur deportatio lampadis ante & post Venerabile Sacramentum in processione ; ferre autem oblationes ad altare , & urecolum cum vino & aqua , nec uni , nec alteri .

Et vero , quia ibi non nominantur Subdiaconi , ideone tunc temporis in Ecclesia Græca nondum erat institutus Subdiaconus ? Ergo tametsi non exprimantur Acolythi ; quia forte sub nomine Lectoris intelliguntur , non sequitur , quod tunc temporis nondum erant instituti .

74.  
Resp. ad  
aliud quod  
apud eun-  
dem Auto-  
rem legitur.

Consimiliter respondetur ad aliud , quod in eodem libro octavo , ut refert Turrianus ( fides sit penes ipsum , quia in opusculo , quod ego vidi , & iam citavi non habetur ) dicit Simeon , videlicet , officium Ostiarum ab initio pertinuisse ad Subdiaconum : cum ergo in Ecclesia Latina fuerit diversus Ordo Ostiarum ab Ordine Hypo-

diaconi constitutus , signum manifestum est ( inquit Vasquez supra n. 25. ) ex iolla institutione Ecclesiastica hunc Ordinem in Ecclesia Latinam fuisse introductum & institutum , & proinde non esse Sacramentum .

Respondetur , inquam , negando Consequentiā ; quia ad summum sequitur ipsam Ordinationem in actu secundo huius introductum in Ecclesia Latina ex sola institutione Ecclesiastica , id est , Ecclesiam Latinam ordinare , ut per omnes illos Ordines ascenderet ad gradum Presbyteratus , quod ex jure divino non erat necessarium , & ideo forte aliquo tempore omisum tam in Ecclesia Latina , quam circa

Audite Cajum Papam in Epistola ad Felicem Episcopum circa finem : De Episcopis vero & Presbyterorum , Diaconorum & lectorum Clericorum Ordinationibus , sanctis Apostoli & confessores eorum , & principi Avaculum , & ceteris , sufficienter statuisse cognovimus ; & ita non est necesse nunc replicari ( alius ; nisi replicari quod illi non statuerant . Illud tamen non statutes , vobis & omnibus servare mandamus , ut ordinis Ecclesiasticos sic ascendam in Ecclesia , quoniam merentur , id est , si quis Episcopus est meritus primò Ostiarus , deinde Lector , postea Enucleus , inde faciet Acolythus , demum vero Subdiaconus , inde Diaconus & postea Presbyter ; & exinde non sur Episcopus ordinetur .

Nota autem Baroniū ad annum 296. b. hujusmodi hierarchiae Ordinem , tempore apostolorum in Ecclesia stabiliter fuisse ; adeoque Caii Decretum nihil aliud constituisse , quia quod ad thronum Episcopalem nemo prederetur , nisi qui in singulis inferioribus Ordibus debito ac confuso tempore ministret . Itaque Christus instituit omnes illos Ordines tamquam vera & propriæ dicta Sacraenta , quævis reliquerit Ecclesia liberum , illa omnia Sacraenta administrare .

Sed , dicit aliquis ; tempore Concilii Cathaginensis quarti , ut pater ex Canone sexto materia Acolythus , nempe candelabrum cum cereo extincto , & urecolum vacuo , ordinando tradebatur non ab Episcopo , sed ab Archidiacono . Verba autem , que sunt pro forma , proferebantur ab Episcopo : hoc autem manifeste est contra modum ministerandij Sacramentum divino jure institutum , sicut patet in Baptismo .

Hoc argumentum vocat Vasquez supra n. 25. efficacissimum . Sed apud me nullus est momenti ; quia materiam , & formam Sacramenti Ordinationis , ut sequent Sei , latius explicabitur , non determinavit Christus in individuo , sicuti materiam & formam Baptismi , sed illam determinationem reliquit Ecclesia . Poruit ergo Ecclesia determinare , & censetur aliquando determinasse pro materia , physicam , aut certe moralem porrectiōnē instrumentorum , qualis est porrectio , quæ ex iussu Episcopi fit per Archidiaconum .

Archidiaconum, sicut si instrumenta essent posita in mensa, & Episcopus diceret ordinando: Accipe candelabrum &c.

Unde, quod bene notandum est, Concilium Florent. cum primò dixisset: Presbyteratus tradidit per calicis cum vino &c. correctionem; postmodum ait: Et similiter de aliis (minoribus Ordinibus) per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Quis autem ambigat, Episcopum assignare instrumenta, quando illa porrigit per manum Archidiaconi? vel quando dicit: Accipe candelabrum &c?

Ac proinde tali casu, non Archidiaconus applicat materiam sed ipse Episcopus, cuius iussu instrumenta porrigitur ordinando; nam applicatio materie hic non est aliud, quam assignatio seu ostensio instrumentorum, nisi amplius Ecclesia declaret, sicut jam videtur declarasse in Pontificali novo, edito iussu Clement. octavi, in quo præscribitur correcțio instrumentorum in omnibus Ordinibus immediate manibus ipsius Episcopi, & ita jam observatur.

Aliquin Sotus 4. dist. 24. q. 1. a. 3. viguit (inquit) olim usus, ut Archidiaconus tam Subdiacono, quam Diacono; materiam præberet, & Episcopus preferret formam, ut loco citato dist. 25. ait S. Thomas. Hæc ille.

Sed ego in Divi Thoma loco citato, scilicet 4. dist. 25. q. 1. ad 2. hoc non invenio. Verba eius sunt: Ad secundam dicendum; quod Archidiaconus est quasi Princeps ministerii, ideo omnia, qua ad ministerium pertinent, ipse tradit, sicut cereum, quo Acolythus Diacono servit ante Evangelium ipsum portando, & unctionem, quo servit Subdiacono: & similiter dat Subdiacono ea, quibus Superioribus servit: & tamen in illis non consilis principalius actus Subdiaconi, sed in hoc, quod operatur circa materiam Sacramenti; & ideo characterem accipit in hoc, quod datur ei calix ab Episcopo: sed Acolythus accipit characterem in verbis Episcopi in hoc, quod accipit predicta ab Archidiacono, & magis in acceptione unctionis, quam candelabrum; unde non sequitur, quod Archidiaconus Ordinem conferset. Ita Doctor Angelicus.

Hinc si aliquis querat, quare Concilium Cartag. thag. 4. potius traditionem aliquorum instrumentorum in Ordinatione Subdiaconi, & omnium in Ordinatione Acolythi committerit Archidiaconi; secus in aliis Ordinibus. Respondi possit ex D. Thoma; quia aliqua instrumenta Subdiaconi: & omnia Acolythi pertinent ad ministerium superiorum Ordinum, cuius ministerii ipse est quasi Princeps, secus instrumenta aliorum Ordinum.

Quidquid sit de hoc, sufficit ad enervandum efficacissimum Argumentum Valquezii, quod Christus reliquerit suæ Ecclesie determinationem materie in individuo singulorum Ordinum; secus determinationem materie Baptismi. Interim ut omnis tolleretur dubitatio de

valore Sacramenti Acolythatus, voluit Ecclesia; ut supra dixi, ut etiam instrumenta hujus Ordinis, ab ipso Episcopo traducerentur ordinando, prout etiam de facto traduntur.

Itaque quantum ad Exorcistatum & Acolythatum, credo satis factum esse conjectura Vasquezii; praesertim cum ipsem disp. 238. n. 15. dicat, quāvis in sacris Litteris nulla fiat expressa mentio Subdiaconorum, tamen credendum esse, tempore Apostolorum institutum jam à Christo hunc Ordinem fuisse; & tunc vel fuisse Subdiaconos in Ecclesia; licet eorum mentio non sit in Scriptura, neque Patres dicerint, eo tempore eos ministrasse; vel certe aliquo tempore hoc ministerium omisum fuisse, quod necessarium non judicaretur, propter paucitatem fideliū. Quid ergo mirum, si nos alteramus, propter eandem rationem omisum fuisse Acolythatum; & propter aliam rationem, supra allegatam, Exorcistatum?

Quod attinet ad Laboratores & Cantores, quos aliqui PP. enumerant inter minores Ordines; jam supra sufficienter responsum fuit, Patres enumerasse; non præcisè minores Ordines, qui possent esse Sacramentum Ordinis; sed officia Ecclesiastica tunc temporis magis usitata, præcinctendo ab eo, quod essent veri, vel non veri Ordines; unde etiam aliquos veros Ordines non recensuerunt, eò quod vix essent in usu.

Omitto hic alia argumenta, quibus conantur Aliqui probare, minores Ordines non esse vera Sacraenta, utpà quod non habeant annexam obligationem recitandi ullum divinum officium, neque votum castitatis perpetua. Præterea, quod non sint Ordines sacri, neque sit peccatum mortale; eorum officium in mortali exercere; hoc, inquam, omitto; quia satià ab ipso Vasquez supra n. 14. & 15. reprobantur: quippe non ideo dicitur Ordo aliquis sacer, quia est Sacramentum (quāvis etiam propter posset dici sacer, & sic etiam minores Ordines possent dici Ordines sacri) sed propter votum castitatis perpetua annexum, secundum plures Doctores; vel, ut Alii, propter ministerium proximum altaris. Porro hoc votum non annescitur jure divino, ut nec obligatio recitandi divinum officium, sed solo jure humano; unde ergo probatur, quod vel hoc votum, vel illa obligatio sit necessaria ad hoc, ut Ordo aliquis sit verum Sacramentum?

Et ex quo convincitur, esse peccatum mortale, exercere aliquem actum in peccato mortali, ad quem actum exercendum per Sacramentum conferuntur specialis gratia? Gratia omnino istud absurit, & ideo æquè facile negatur, nisi intelligatur de tali actu, qui est consecratio alicuius Sacramenti, sicuti consecratio Eucharistiae. Interim si vera Sacraenta sint, ut nos putamus, suscipiens ea, oportet sit in statu gracie, non minus quam ille, qui suscipit Con-

79. Subdiaconatus fuit institutus tempore Apostolorum, quāvis Scriptura eis non meminerit;

80. Solvantur, alia argu- mента, que- videtur probare, minores Ordines non esse Sacramentum;

firmationem, Matrimonium, aut aliud quodcumque Sacramentum, ne alioquin Sacramentum frustretur suo effectu, ut dictum est Disp. 1. Sect. 8. Conclus. 3.

81.  
Primum ar-  
gumentum  
Durandi,  
quo probat  
nequidem  
Diacon &  
Subdiacon-  
us vera Sa-  
cramenta.

Restat, ut dissolvamus argumenta, quibus Durandus 4. dist. 24. q. 2. n. 6. & sequentibus, conatur ostendere, nequidem Diaconatum, & Subdiaconatum esse vera Sacramenta; sed tantum Sacramentalia. Quod probat primus; quia quando plures actiones ordinantur ad unum spiritualem effectum, ita quod una attingit ipsum, aliae vero solùm disponunt, illa sola, qua specialiter attingit, est Sacramentum; cætera vero sunt tantum Sacramentalia: sicut patet de Catechismo & Exorcismo respectu ablutionis sub determinata forma verborum: quia enim omnes istæ actiones ordinantur ad ablutionem peccati originalis, & ad hanc attingit sola ablution, cætera vero solùm disponunt: ideo sola ablution est Sacramentum; exorcizatio autem & catechizatio sunt sacramentalia tantum: nunc est ita, quod omnes Ordinationes ministrorum Ecclesiæ sunt principaliter propter Sacramentum Eucharistie conficiendum, & ministrandum: ad hoc autem attingit sola potestas Ordinis sacerdotalis: cætera vero solùm disponunt, quedam à remotis, & aliae de propinquo; ergo sola Ordinatio sacerdotalis est Sacramentum, cætera vero sunt sacramentalia tantum. Hæc ille.

82.  
Responsio.

Respondeo; ideo Catechismus & Exorcismus non sunt Sacra menta, sed tantum sacramentalia; quia non causant ex opere operato gratiam sanctificantem; alioquin Baptismus non esset Sacramentum ablutionis, sed potius Catechismus & Exorcismus, ut patet. Quid simile reperitur in Diaconatu, & Subdiaconatu, ac cæteris Ordinibus? Quâmis enim propter excellentiam ministerii tam sancti Sacerdotii, id est, propter excellentiam confirmationis Corporis & Sanguinis Christi, consentaneum fuerit, quod dignius & majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissimâ dispositione plures & diversi essent Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent; tamen non ideo præcisè, quia deserviunt, sunt Sacra menta; sed quia causant gratiam sanctificantem ex opere operato.

Immo nec ipsum Sacerdotium Sacramentum est, quia conferat potestatem conferandi Corpus & Sanguinem Christi; sed quia ex opere operato causat gratiam sanctificantem.

Ideo autem Deus voluit Sacerdotium esse Sacramentum, seu conferre gratiam sanctificantem, & gratias actuales ex opere operato, ut ostenderet dignitatem istius potestatis, seu actualis ministerii, id est, confirmationis Corporis & Sanguinis Christi. Si enim non decet ad sacras ulla functiones quæcumque accedere, nisi sanctæ, certè quod magis sanctitas & divinitas Sacramenti Eucharistie viro Christiano comper-

ta est, ed diligenter cavere ille debet, ne absque magna reverentia & sanctitate ad id conficiendum aut percipiendum accedat.

Et idcirco voluit Deus particulari Sacramento conferre gratiam sanctificantem & gratias actuales, ut tanto dignius, & sanctius Sacerdos ad conficiendum hoc Sacramentum accederet. Nec hoc tantum, sed etiam alios ministros inferiores simili Sacramento voluit justificare, & conferre gratias actuales, ut homo dignius, & sanctius inserviret Sacerdoti, & per consequens suo modo concurreret ad augustinum & dignissimum istud Sacramentum conficiendum.

Secundò argumentatur Durandus: sicut potestas, qua datur in Baptismo, est ad scipendum Sacra menta, sic potestas Ordinis, ut ad Sacra mentum, est ad conficiendum vel confundendum ea; correspondens ibi inveniuntur, sicut potentia activa & passiva, sed in Ordinibus sub Sacerdotio, non conferatur aliqua potestas ad conficiendum vel confundendum Sacra menta; ergo nullus Ordo sub Sacerdotio ei propriæ Sacra mentum.

Respondeo; nec Baptismus est Sacra mentum, quia per ipsum datur potestas suscipienda alia Sacra menta; neque Ordo, quia per eum datur potestas conficiendi Sacra menta; sed quod Baptismus, quād Ordo conferat gratiam sanctificantem ex opere operato, necessariam dignè alia Sacra menta suscipienda, & conficienda. Ordines autem sub Sacerdotio, hict non conferant gratiam ad alia Sacra menta suscipienda aut conficienda, conferunt tamen gratiam ad dignè assistendum & ministrandum Sacerdoti, conficieni Sacra mentum Eucharistie.

Et vero non esse de ratione Sacra menti quod conferat gratiam ad dignè suscipendum, aut conficiendum Sacra mentum; patet manifestè in Sacramento Confirmationis, quod conferat gratiam, immo imprimis characterem, non al suscipendum, aut conficiendum aliquod Sacra mentum; sed ad fortiter confundendum veterem fidem coram Tyranno. Cur ergo inferiores Ordines non possint esse vera Sacra menta, & impetrare characterem, ad dignè ministrandum Sacerdoti; estò non deat potestatem conficiendi, aut conferendi aliquod Sacra mentum?

Atque ex eodem Sacra mento Confirmationis, solvit tertium Argumentum Durandi, sequentis tenoris: In Ordinatione Sacerdotis conferunt potestas, vel deputatio, per quam ordinatus potest aliquid facere, quod non poterat prius, etiam quoad genus facti: sicut ordinatus in Sacerdotem, potest confidere Corpus Domini, & absolvare in foro paenitentie, quod non poterat ante Ordinationem: sed in Ordinibus inferioribus Sacerdotio, nulla potestas, vel deputatio conferunt ordinato, per quam possit aliquid facere interius vel exterius, quod non

Quare Sa-  
cerdotium  
sit Sacra-  
mentum.

non poterat prius : sed solum per quam licet facere , quod non licebat prius : ergo cum potestas sit ad posse , & non ad licere , potestas quae confertur in aliis Ordinibus à Sacerdotio , non est potestas simpliciter , sed secundum quid : nec illi Ordines sunt Ordines simpliciter , cùm Ordo sit signaculum Ecclesie , mediante quo spiritualis potestas traditur ordinato ; quare nec sunt Sacraenta simpliciter , sed secundum quid , sive quedam Sacramentalia . Hæc ille .

Respondeo ; omnes Ordines esse simpliciter Ordines , prout à Concilio Tridentino appellantur , licet inter eos aliqui sint majores Ordines , aliqui minores , & inter majores principior sit Sacerdotium ; hoc tamen non obstat , quin omnes simpliciter possint esse Sacraenta , estò potestas , quam aliqui conferunt non sit simpliciter potestas , sed secundum quid , scilicet ad bene vel melius esse ; hoc enim probatum oportuit , non suppositum , quod Ordo non possit esse Sacramentum , nisi conferat potestatem simpliciter , id est , potestatem ad aliquid validè faciendum , quod antea non poterat validè fieri .

Constat sane Confirmationem esse verum Sacramentum , conferre gratiam , & imprimere characterem , tametsi non conferat potestatem validè faciendi , quod antea non poterat validè fieri ; nam potestatio & Confessio fidei non solum validè , sed etiam licite fieri potest à non confirmato , sicut à confirmato ; habet tamen confirmatus , ratione Sacramenti & characteris , maiorem gratiæ promissionem ad id præstandum . Ergo similiter hile fieri potuit , & factum est probabilitas , ut iniciati etiam minoribus Ordinibus , eti si sine illis licite & validè possent eadem munia exercere ; ratione tamen Sacramenti & characteris , haberent majori gratiæ promissionem , ad id dignè præstandum .

Si dixeris ; in Confirmatione non intenditur principaliter potestas aliqua ad confitendam fidem , sed potius robur ad illud faciendum , quod antea fieri poterat ; secùs autem in Sacramento Ordinis , in quo principaliter intenditur potestas spiritualis ; ac proinde non videtur esse Sacramentum Ordinis , in quo non datur illa potestas . Cùm ergo per solum Sacerdotium detur illa potestas , liquet quia illud solum erit verum & propriè dictum Sacramentum .

Respondeo ; Scotus , ut vidimus supra in 2. Concl. reprobavit illam definitionem Ordinis : Signaculum Ecclesie , mediante quo spiritualis potestas traditur ordinato , & putat melius definiri : Gradum præminentem &c. Talis autem gradus sunt omnes Ordines , etiam minores , estò per illos non detur aliqua potestas ad aliquid validè faciendum , quod antea non poterat validè fieri . Sicut nec datur per Diaconatum aut Subdiaconatum . Igitur illa præminens est principale intentum Sacramenti Ordinis , qua subinde habet annexam potestatem simpliciter ; fre-

quentius autem solum potestatem secundum quid ; voluit autem Deus dare gratiam ex opere operato , non solum ad exercitium potestatis simpliciter , sed etiam ad exercitium potestatis secundum quid .

Quaris unde hoc sciam , aut certè probabiliter judicem ? Respondeo : ex Conciliis Florentino & Tridentino , & communia auctoritate Theologorum , sic sentientium . Et quidem hanc auctoritatem nemo audet negare ; ego autem miror , quod Aliqui audeant citare Magistri pro opposita parte ; nam postquam explicavit singulos Ordines tam majores , quam minores subiungit : Si autem queritur , quid sit , quod hic vocatur Ordo ? Sanè dicit potest , signaculum esse , id est , sacram quoddam , quo spiritualis potestas traditur ordinato , & officium . Character ergo spiritualis , ubi sit promoto potestatis , Ordo vel gradus vocatur . Et dicuntur hi Ordines Sacraenta , quia in eorum perceptione res sacrae , id est , grata conferuntur , quam figurant ea , quae ibi geruntur . Quid clarius dici poterat ? Arguere autem eum contradictionis in paucis lineis , videtur injuriosum tanto viro .

Magistrum sequuntur D. Thomas D. Bonav. 88. Scotus , & ut dixi , plerique Theologorum , propter quorum solam auctoritatem Vasquez admittit , Subdiaconatum esse verum Sacramentum supra disp. 238. n. 13. dicens : de Subdiaconatu ingenue fateor , nos non habere tam firmum fundamentum , quam pro Diaconatu , ut idem de illo assertus ; illud tamen sufficit nobis , quod nulla ratio efficax sit ad probandum non esse Sacramentum , & communis opinio Scholæ sit , Sacramentum esse . Hæc ille .

Equidem eodem fundamento idem potuisse dicere de minoribus Ordinibus ; quia communis opinio Scholæ est , quod non sint Sacraenta , & nulla ratio efficax est ad probandum ( ut patet ex dictis ) quod non sint Sacraenta .

Quin ex duobus Conciliis Generalibus probantur esse Sacraenta . Primum sit Concilium Florentinum in decreto . Eugenii , ibi : Sextum Sacramentum est Ordinis , cuius materia est illud , per cuius traditionem confertur Ordo , sicut Presbyteratus traditur per calicis citha vino , & patena cum pane consecrationem . Diaconatus vero per libri Euangeliorum dationem , Subdiaconatus verò per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem : & similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem . Forma Sacerdotiorum talis est : Accipe potestam &c. & sic de aliorum Ordinum formis &c.

Ubì sub Sacramento Ordinis , ut plus quam meridianum est , comprehendit non solum Diaconatum & Subdiaconatum , sed etiam omnes minores Ordines supra assignatos ; & eodem modo loquitur de eorum materia , & forma . Quæ ergo est ratio discendi , vel quod signum colligendi , Concilium potius voluisse definire unum Ordinem esse Sacramentum , quam alium ? Cumque Concilium ibi tradat Armeniæ Ecclesie

Unde colligitur Deus dat gratiam ex opere operato ad exercitium potestatis secundum quid .

88.

89.

Vasquez  
admitit  
Subdiaconatum  
esse Sacra-  
mentum prop-  
ter solam  
auctorita-  
tem Theolo-  
gorum .

sisticorum Sacramentorum veritatem, ipsique indubie de Ordinibus generaliter, prout verba sonabant, hanc veritatem intellecturi essent, nonne magnum commisisset errorem, si unum Ordinem voluisset definire Sacramentum, & non alium? Si Aliqui discurrunt.

90.  
Eadem ve-  
ritas pro-  
batur ex  
Trident.

Consimiliter Tridentinum, postquam sess. 23. cap. 2. enumerasset omnes Ordines, tam majores, quam minores, cap. 3. generali docet: *Ordinem esse verè & propriè unum ex septem sancta Ecclesiae Sacramentis*, non distinguis inter Sacerdotium, & alios Ordines, nisi quod exempli causâ, & quia aliud convenientius Scripturæ testimonium non extabat ad probandum suam doctrinam, adferat verba Apostoli 2. Timot. 1. v. 6. *Admone te, ut resuscites gratiam Dei, que est in te per impositionem manum mearum.* Quæ communiter intelliguntur de Ordinatione Timothei in Episcopum, aut certè in Sacerdotem. Sed, sicut dixi, exempli causâ id facit Concilium, quia de alis Ordinibus non extat testimonium Scripturæ, nisi forte de Diaconatu, quod tamen adhuc incertum est.

91.  
Confirmat-  
tur 2.

Præterea idem Concilium, postquam eâdem sess. can. 2. definitiviter, præter Sacerdotium esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos, velut per gradus quofdam in Sacerdotium tendatur, nullâ factâ distinctione inter Ordines majores & minores, can. 3. ait: *Siquis dixerit, Ordinem five sacram Ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum &c. anathema sit.*

Ubi ly *Sacram Ordinationem*, non addidit, ut restringeret seu limitaret hoc Sacramentum ad tres majores Ordines, qui sacri vocantur; alioquin dicere debuit: *Sacros Ordines*; sed dixit: *Ordinationem*, ut denotaret, Sacramentum Ordinis non confundere in ea potestate, quæ censetur manere in ordinatis, sed in actione; quam vocat, *Sacram*, ad distinctionem illius deputationis quasi politicæ, quam heretici, contra quos ibi aget, constituunt, quo sensu etiam *Ordinatio Acolythi &c. est actio sacra.*

Accedat can. 4. *Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari spiritum sanctum; ac proinde frustra Episcopos dicere: Accipe spiritum sanctum; aut per eam non imprimi characterem; vel eum qui Sacerdos semel fuit, laicum rursum fieri posse; anathema sit.*

Ubi rursum nullam facit distinctionem inter majores & minores Ordines, nisi quod subdat exemplum Ordinationis, in qua Episcopus dicit: *Accipe spiritum sanctum, eò quod verba illa expressissimè significant collationem gratiæ sanctificantis, quæ est proprius effectus Sacramenti novæ Legis.*

Prout etiam exempli causâ addit: *Vel eum, qui Sacerdos est &c. quia hoc afferebant heretici, parum curantes de alius Ordinibus, dummodo ipsis concederetur, qui semel Sacerdos fuit, laicum fieri posse.*

Sed quid ad hæc Adversarii? Valsquez super disp. 237. n. 39. & 40. hæc testimonia, inquit, *adversarii* parum momenti habent, nam institutum Eu*hanc* genii & Concilii Tridentini non fuit, hanc*hanc* controversial Schola de Ordinibus minoribus definire, cùm hæc definitio neque Græco*hanc* cœlestaria esset, quæ illucque non fuerat etiam Latinis; neque Ecclesiæ Dei, in qua cum*hanc* reticis de hac re nulla fuerat controversia, sed tantum in Schola inter Catholicos aliquæ furent opiniorum varietas, circa quam, definitio*hanc* nem aliquam edere, neque Eugenio, neque Tridentini institutum postulabat.

Solùm igitur prædicta deficiit, quod videtur ad rationem Sacramenti, de Ordine in votu*hanc* versum accipienda est: quæ quidem Catholicæ*hanc* doctrina contra hereticos, etiam nostris temporis necessaria fuit: signare autem materiæ & formam pro singulis, etiam Minoribus, prout*hanc* in Pontificali Romano continebatur, necessarium etiam*hanc* vatum est Eugenio, ut*hanc* unione Græcorum, Armeniorum, & Latinorum*hanc*, usum eorum in Ecclesiæ Armeniæ*hanc* Græcam*hanc*, quæ ù*hanc* supra diximus, Acolythus*hanc* Ordinem non*hanc* habent, & ut*hanc* secundum*hanc* Latinorum*hanc* cœteros omnes*hanc* introducent, & si forte*hanc* in collatione eorum aliquis*hanc* si*hanc* inoleverat, tolleretur.

Porrò cùm hoc nostra seculo heretici*hanc* pauci negaverint hos Ordines minores, vel*hanc* quos eorum, & Ordinem Exorcista*hanc* irridendum duxerint, necessarium fuit, Concilium Tridentinum eos singulatim*hanc* in eo cap. 2. i*hanc* censere, & in can. 2. contrarium errorum*hanc* damnare: cùmque datâ operâ neque*hanc* in eo*hanc*, neque*hanc* in can. 2. quidquam*hanc* dixerit*hanc* de*hanc* quatuor Ordinibus*hanc*, quod pertinet*hanc* ad rationem*hanc* Sacramenti*hanc*, sed*hanc* in 3. cap. & in can. 3. de*hanc* ipsius*hanc* Ordinatione*hanc* in*hanc* universum*hanc* definiti*hanc* est*hanc* Sacramentum*hanc*, confutò*hanc* quidem*hanc* definitione*hanc* de*hanc* quatuor Minoribus*hanc*, quod attingit*hanc* ratione*hanc* Sacramenti*hanc*, abstinuit*hanc*, quod*hanc* ad fidem*hanc* nîm*hanc* pertinere putaret*hanc*. Hæc ille.

Et continuò attexit: Porrò nullum*hanc* fundementum*hanc* habere potuisse Concilium*hanc*, ut*hanc* definire*hanc* hos*hanc* quatuor*hanc* minores*hanc* Ordines*hanc* esse Sacra*hanc* menta*hanc*, ex*hanc* ipso*hanc* etiam*hanc* manifestè*hanc* convic*hanc* can. 6. Iolùm*hanc* damnat*hanc* eos, qui dixerint*hanc* non*hanc* esse*hanc* in Ecclesia Dei*hanc* hierarchiam*hanc* divini*hanc* ordinatione*hanc* institutam*hanc*, quæ*hanc* constat*hanc* ex*hanc* Episcopis*hanc*, Presbyteris*hanc*, & Ministeris*hanc*: per*hanc* Ministros*hanc* diligens*hanc* Diaconos*hanc*; cœteros autem*hanc* Ordines*hanc* collut*hanc* prætermis*hanc* non dubito*hanc*, quod*hanc* nullum*hanc* firmum*hanc* fundamentum*hanc* habet*hanc* ad*hanc* damnandum*hanc* eos*hanc*, qui*hanc* dicerent*hanc*, hierarchiam*hanc* ex*hanc* non*hanc* constare*hanc* divino*hanc* jure*hanc*. Hac*hanc* Valsquez*hanc*.

Sed, ut ab ultimo incipiamus, hoc argumentum*hanc* nullo*hanc* nititur*hanc* fundamento*hanc*; immo*hanc* ex*hanc* loco*hanc* ut*hanc* supra*hanc* vidimus*hanc*, defumitor*hanc* validè*hanc* effici*hanc* argumentum*hanc* pro*hanc* nostra*hanc* sententia*hanc*. Cùm*hanc* enim*hanc* Concilium*hanc* cap. 2. per*hanc* Ministerorum*hanc* Ordines*hanc* antecellit*hanc*,

Iexerit omnes sex Ordines, quo fundamento dicitur, in can. 6. per vocem illam, *Ministris*, solum intelligi Diaconos? Unde debuisse Valquez adferre valde efficax fundamentum positivum pro ea aequivoca usurpatione vocis illius.

Nam dicere (inquit Ariaga disp. 55. n. 10.) *Ego non dubito*, nullo modo sufficit; nos enim majori sane jure dicimus: *Nos non dubitamus*, quin idem intellexerit Concilium in utroque loco per illam eandem vocem, cum nec minimum signum posuerit, ex quo colligatur ejus limitatio. Et sane nemo potest dubitare, magis esse fundatam hanc nostram non dubitacionem, quam illa sit. Ita hic Auctor, tenens nobiscum communem sententiam.

Ego itaque non dubito; Concilium, volens brevitati studere, consulito posuisse ly Ministris, ut unico verbo complectetur omnes Ordines; alioquin cur non posuisse ly Diaconis? Et verò satis firmum fundamentum videtur suis, ut patet ex dictis, ad damnandum eos, qui dicere, hierarchiam ex eis non constare divino iure.

96. Sed numquid ideo definitivit, omnes Ordines esse vera Sacraenta? Minime; alioquin vit, omnes fidei esset Episcopatum, qui ibi expressissime Ordines esse nominatur, esse verum Sacramentum, distinxit. Atum à Sacerdotio, quod tamen fallum est; licet fidei sit, quod in Ecclesia ordinatione divina sit institutus. Deinde fidei est, Papatum divinae ordinationis in Ecclesia esse institutum; & tamen certum est, non esse Sacramentum distinctum à Sacerdotio.

Non est ergo quod miretur Valquez disp. 238. n. 10 viris, non vulgariter doctos, aut Decretum Concilii Tridentini sess. 23. can. 6. non legisse, aut planè non intellexisse. Loquitur de illis, qui negant, Diaconatum esse Sacramentum. Noli mirari Valquez, legerunt, & planè intellexerunt, aliquid posse divinā ordinatione institui in Ecclesia, quod non est verum Sacramentum, id est, signum efficacis gratiae sanctificantis, & ideo potuisse Diaconatum & Subdiaconatum, institutum divinā ordinatione in Ecclesia, non esse verum & proprium Sacramentum.

27. Eugenius id suo Decreto non solum definivit, potest contra eam, quae non satisfacit; etenim Eugenius ibi non solum puncta cum hereticis controversia definitivit, sed voluit generaliter de omnibus Sacraementis doctrinam tradere, ut patet ex his verbis Eugenii: *Quando, Ecclesiasticorum Sacraementorum veritatem pro ipsis Armenorum tam presentium, quam futurorum faciliti doctrina, sub hac brevissima redigimus formula.*

Postulabant quippe Armeni integrum plenumque instructionem in rebus maximè pertinentibus ad fidem; non est ergo verisimile, Concilium ista solleculum aequivocatione, & eodem tenore verborum tradidisse ea, quæ sunt

Fide certa, & quæ sunt incerta; cum enim Armeni non possent inter illa distingue, dedilserit ipsi magnam occasionem erroris, vel credendi Fide divinā, quæ non sunt credenda, aut certè non credendi, quæ sunt credenda.

Quātū ad Concilium Tridentinum, jam 98. tunc heretici aliqui negabant, minores Ordines esse Sacraenta; ut evidentissim ostendo, Tempore Tid. aliqui ex Calvinio lib. 4. institut. cap. 19. n. 27. ibi: Tandem corruptione seculi cum præca omnia instituta, heretici ne- hagiori mi- hores Ordin- es esse Sacra- cramenta quia in rufa clericali nihil cernebant causa (negue enim quidquam reuinuerant preter stultam imitacionem) ad mysterium confugerant: quod nam superstitiose nobis obtrudant pro Sacramenti sui approbatione. Ostatu in consecratione claves templi acceperunt, quo sibi mandari custodiunt intelligent. Lectores sacra Biblia, Exorcista formalis Exorcisorum, quibus super energie & cæchumenos uitantur. Acolyti cereos & urceolum. En ceremonia, quibus (si Deo placet) tantum inest arcane virtutis, ut esse possint grata invisibilis, non modis signa ac tesserae, sed etiam cause. Hoc enim secundum suam definitionem postulant, quām inter Sacraenta habeti volunt. Verum, ut paucis absolvam, dico, absurdum esse, quod in Scholis & Catonibus minoris iesos Ordines Sacraenta faciunt: quando, eorum etiam, qui hoc tradunt, confessio, primitiva Ecclesia incogniti fuerunt, & multis postea annis excoxitati. Sacraenta autem quām Dei promissionem contineant, neque ab Angelis, neque ab hominibus, sed à solo Deo institui debent, cuius unius est promissionem dare.

Quomodo lucentius posset quis negare, minores Ordines esse Sacraenta? Ergo tempore Concilii Tridentini erat controversia cum hereticis, an minores Ordines essent vera Sacraenta. Quidni ergo Concilium Tridentinum contra eos definitivit, Ordines minores non solum à principio Ecclesie fuisse, quod ibidem negat Calvinus, sed etiam fuisse, & esse vera Sacraenta? Atque ut non definitivit, certè nem negare potest, satis probabilitate ex eo colligi, ut etiam ex Concilio Florentino; adeoque accedente communī auctoritate Doctorum, & sanctorum virorum, censio nullatenus ab illa sententia esse recessendum.

Ceterum si minores Ordines sunt vera Sacraenta, potiori jure Subdiaconatus, & Diaconatus, ut nullus inficiabitur. Esto siquidem in Scriptura non fieret mentio Diaconi, nisi in ordine ad ministerium mensæ, ut Aliqui volunt, certè ex Traditione & usu Ecclesie constitutum ministerium altaris.

Ignatius ad Trall. Operet, inquit, & Diaconos ministeriorum Christi ministros per omnia placere, tecum enim ciborum & potuum ministri sunt, sed Ecclesiæ Dei administratores &c. Et Anacletus Papa Ignatius, Epistola 1. c. 2. ibi: episcopus Deo sacrificans ieses (ut prædictum est) secum habeat, & plures, quam alius Sacerdos. Sicut enim maioris honoris gradu frui solemur,

solemnioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui eius oculi dicuntur, & Subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeant, quae sacris induit vestimentis in fronte & a tergo, & Presbyteri & regione dextra, levigat contrito corde & humiliato spiritu ac prono stent vultu, custodientes eum a malevolis hominibus, & consensu eius prabeant Sacrificio.

100. Explicantur alii: Sacerdotum Ordo bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, a nullo debet perturbari. Et c. 2. Anacleti Papa, in quibus videtur negare Diaconatum &c. esse veros Ordines. Quando ergo idem Pontifex Epist. 3. c. 1. ait: Sacerdotum Ordo bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, a nullo debet perturbari. Et c. 2. Amplius quam isti duo Ordines Sacerdotum, nec nobis a deo collati sunt, nec apostoli docuerunt; non negat Diaconatum, Subdiaconatum, Acolythum &c. esse veros Ordines, sed negat esse plures Ordines Sacerdotum, quam illi duo, scilicet Episcopatus & Presbyteratus, ut patet ex contextu: Scitis, inquit, a domino apostolorum esse electos & consistorios, & posse per diversas provincias ad praedicandum dispersos. Cum vero messis capisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum septuaginta duos eligi precepit discipulos. Episcopi vero domini apostolorum; Presbyteri quoque septuaginta duorum discipulorum locum tenent.

101. Duplex obiectio contra Subdiaconatus & minores Ordines. Aliqui hic objicunt contra ordinem Subdiaconatus (& eadem est objecatio contra minores Ordines) quod non conferatur per manum impositionem. Item, quod olim conferrebat a Chorépiscopis qui non erant veri Episcopi; ut patet ex can. 10. Concilii Antiocheni. Sed neutra objecatio est aliquis momenti.

Fatetur omnino, Subdiaconatum non confiri per manum impositionem, ut nec minores Ordines; sed ubi scriptum est, quod solus Ordo, qui confert per manum impositionem, sit verus Ordo, & verum Sacramentum? Vocetur Sacramentum Ordinis, vocetur, inquam, Sacramentum impositionis manuum, quid tum? Ad hoc sufficit, quod principales Ordines, Episcopatus, Sacerdotium & Diaconatus conferantur per manum impositionem.

Alia solutio ex Doctore Seraphico. 24. p. 2. a. 1. q. 4. Ad illud, inquit, quod obicitur de manum impositione, quod non reperitur in omnibus, ratio iam dicta est (puta, quia non in omnibus datur potestas æque nobilis & excellens) reperitur tamen aliud simile, quia collatio aliquius instrumenti, in quo est potestio manus, & fit signatio collationis potestatis.

102. Solvitur secunda. Ad secundam objectionem, Respondeo primò; Episcopum esse ministrum ordinarium, ex commissione, etiam simplicem Sacerdotem, ut suo loco videbimus.

Alia solutio. Respondeo secundò; illos Chorépiscopos verosimiliter, secundum Multorum opinionem, fuisse veros Episcopos, ut ostenditur ex Canonico Concilii Antiocheni, sequentis tenoris: Qui in vicis vel possessionibus Chorépiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sancta

Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, & gubernent sibi subditas Ecclesias, eamque nobis, eamque curaque contenti sint. Ordinent etiam Letitiam & Subdiaconos atque Exorcistas, quibus primatissima iste sufficiant. Nec Presbyterum vero, nec Diaconum audeant ordinare praefer civitatis Episcopum, cum ipsius possessione subiectus est. Plura de Chorépiscopis alibi, hic illa sufficiunt pro solutione objectionis.

Addo aliam objectionem, defomptam ex septenario numero Sacramentorum nova legi, cui videtur repugnare multiplicitas Sacramentorum Ordinij explicita. Sed non repugnat, quia etiam multiplicitas Eucharistie, quando tamen nemo distinguit, eidem numero respondet, quod constat esse falsum.

Respondet ergo ad hanc objectionem Doctor Seraphicus supradictus p. 1. a. 2. q. 4. in corpore. Dicendum; quod Sacramentum Ordinis unius, multas tamen habet partes, que Sacramentum non plurifificant, pro eo; quod non sunt omnes partibus integrative, & tamen recipient predicationem suam, quia naturam habent quodammodo partium distinctivarum; & tales sunt partes potestivae. Quae memorem competunt Ordini, tamen, quia Ordo dicitur unius potestas, quia ex ordinatione mulierum ei unius redditur perfecta; & quilibet alterum partis intentionem potest, licet non perfecte; cum eam, quia Ordo concernit distinctionem in partibus, sicut numerus. Vnde quoadmodum partes numeri quodammodo habent naturam partium integrantium in uno, quod simul convenienter per Ordinem, reddunt numerum perfectum, ut partes separatae constituent numerum, & tamen qualibet pars numeri est numerus; scilicet gradus Ordinis unum faciunt Sacramentum perfectum: & tamen qualibet gradus Ordo dicitur.

Eadem videtur responsio Doctoris Angelici tertia parte in suppl. q. 37. a. 1. ad 2. Dicendum; inquit, quod distinctione Ordinis non est totius integralis in partibus, neque totius unitatis; sed totius potentialis, cutis hoc est natura, quod totum sacramentum completam ratione est in uno, in aliis autem aliqua participio ipsum, & ita est hic: tunc unius plenitudo Sacramenti huius est in uno Ordo, scilicet Sacerdotio: sed in aliis est quedam participatio Ordinis.

Sed haec responso non placet Valquiero, quia ex ea videtur sequi, solum Sacerdotum esse simpliciter Sacramentum; reliquos autem Ordines solum esse Sacraenta; reliquos autem Ordines secundum quid; sicut Religio, que est participatione iustitiae, non est vere & proprie participatione. Ideo mavult dicere cum Doctore Subtili Sacramentum Ordinis unum esse, non unitate speciei, sed generis.

Subscribo verba Scotti 4. dist. 24. q. unic. n. 10. Sed tunc de quarto, qualiter est Sacramentum Ordinis unum. Respondeo, unitate generis proprium, sicut virtutes morales dicuntur esse tres secundum dominum Iustitia, Fortitudo, Temperantia, & in prima divisione virtutis moralis he primo occurrit, tamen

in speciali qualibet istarum ulterius dividitur, ut di-  
ctum est lib. 3. dist. 36. q. unicā.

Et n. 11. ad primum Argumentum, quod  
erat: Quia tunc in Ecclesia essent tredecim Sa-  
craamenta, quia præter Sacramentum Ordinis  
sunt alia sex. Respondet Doctor. Quid in divi-  
sione illa primaria Sacraamenta, in septem, Ordo, vel  
magis Ordinatio est ibi tantum unum membrum, tunc  
potest alterius dividit in quadam specialia contenta sub  
ipso: quia illa prima divisio non est in species specia-  
lissimas, sed in quadam propinquias contenta sub ipso.

Si objicias; alii Sacraamenta accipiuntur se-  
cundum species infimas in illa divisione; ergo  
etiam Ordo debet secundum illas accipi.

Respondet Ariaga disp. 55. n. 26. dispara-  
tatem esse manifestan; nam alia, inquit, Sa-  
craamenta nullo modo ordinantur ad unum  
quid, ratione cuius respectus debeant explicari  
sub uno termino generico, & debeant dici  
unum Sacraumentum, ut omnes Ordines ex-  
pliicantur: alia enim Sacraamenta inter se, & re-  
spectu hujus ordinis habent se quasi disparates;  
at Ordines destinantur omnes ad constituen-  
dum ministrum Sacraimenti Altaris, ac proinde  
comprehendi debent sub uno termino. Hac ille.

Et consimiliter; quia species panis & vini  
ordinantur ad unum integrum convivium,  
tamen esse constituant Sacraamenta specie distincta,  
equidem comprehenduntur sub uno termino  
& componunt unum Sacraumentum ex illis sep-  
tem, scilicet Sacraumentum Eucharistiae, quod  
licet unum sit unitate integratius, non tamen  
unitate indivisibilis, ut suo loco diximus.  
Idemque cernitur in Sacraento Extrema Un-  
ctionis, si verum est (quod puto) singulas  
unctiones conferre singulas gratias sanctifi-  
cantes.

Finio hanc Conclusionem verbis Scoti su-  
prā n. 10. Est etiam alia unitas inter Ordines: con-  
grauit enim prius recipere Ordinem inferiorum,  
quam superiorum; nec tamen ille ordo est simpliciter  
necessarius, ita quod si prætermittatur, nihil sit, ut  
apparet extra de Clerico per saltum promoto, ubi ha-  
betur, quod non est iterandum, quod est factum: sed  
quod suis prætermis, caute si suppletum; & per  
consequens non nullum sit in collatione Ordinis superioris,  
est non fuerit Ordo inferior prius collatus, illa tamen  
unitas ordinis, non est illa, propter quam Ordo vel  
Ordinatio est unum Sacraumentum, sed magis unitas  
prior, scilicet generis.

Igitur Sacraumentum Ordinis unum est, non  
unitate indivisibilis, sed unitate generis, aut  
etiam subordinationis ad unicum principalem  
finem, scilicet Eucharistiam. Et per consequens  
character Ordinis unus est, non unitate indivi-  
sibilis, sed unitate generis, aut etiam sub-  
ordinationis ad unicum principalem finem, scilicet  
Eucharistiam. De quo utique charactere  
insutitur.

## CONCLUSIO VI.

Singuli Ordines imprimit pro-  
prios characteres, tamen subor-  
dinatos, saltem accidentaliter.

Sacraumentum Ordinis imprimente chatacte-  
rem, docet Concilium Florentinum in De-  
creto Eugenii hisce verbis: Inter haec Sacra-  
menta tria sunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo, que  
characterem, id est, spirituale quoddam signum a ca-  
teris distinctionem impriment in anima indelebile, unde  
in eadem persona non resterantur.

Et definit Concilium Tridentinum sess. 7. de  
Sacramentis in genere can. 9. Si quis dixerit, in  
tribus Sacraementis, Baptismo soluerit, Confirmatione  
& Ordine, non imprimit characterem in anima, hoc  
est, signum aliquod spirituale & indelebile, unde ea  
uterari non possint; anathema sit.

Rursusque sess. 23. can. 4. Si quis dixerit, per  
sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum &c.,  
aut per eam non imprimit characterem &c., anathema  
sit.

Si ergo singuli Ordines tam maiores, quæ  
minores, sive singula seu distincta, non tantum  
numero, sed etiam specie Sacraamenta, quidam  
proprios impriment characteres? Ita plane do-  
cet Scotus suprà n. 11. ad secundum Argumen-  
tum, quod hic subiungit claritatis gratia: Qui-  
libet Ordo habet characterem sui proprium; ergo illis  
septem correspondunt septem characteres; conseqüens  
est falsum; quia aut illi essent eiusdem speciei, quod  
est falsum, quia plura accidentia eiusdem speciei non  
possunt esse simili & semel in eodem subiecto ex 1. Me-  
tab. aut alterius speciei, & hoc videtur inconve-  
nient, quia in speciebus est essentialis nobilitas maior  
& minor; & sic non videtur assignari posse essentialis  
excellentia in iis characteribus.

Respondet Scotus: Concedo plures esse chara-  
cteres, & probabilis quod alterius speciei, ut appa-  
ret ex actibus, ad quos isti gradus disponunt, qui gra-  
duis vel sunt character, vel habent proprios charac-  
ters necessarii correspondentes. Cum arguitur de illa  
excellentia specifica, potest concedi, quod eo modo,  
quo characteres sunt entia, habent taliter excellentiam,  
si etiam ponenter eiusdem speciei, illa improbatum,  
quod tunc non essent simili, non concluderet; illa enim  
propositio non est vera de relationibus etiam realibus,  
& scilicet dictum est suprà dist. 6. q. 10. charac-  
terem non oportet ponere formam absolutam. Hac  
Scotus.

Doctor autem Seraphicus ita discurrit suprà  
p. 2. a. 1. q. 1. in corp. Dicendum; quod Aliquis  
voluerunt dicere, quod character in solo Ordoine ficer-  
dotali imprimatur, sed in Ordinibus inferioribus so-  
lum disponitur quis ad talis characteris susceptionem.  
Nam propter suam nobilitatem de congruo exigit

108. Sacra-  
mentum Ordini-  
um im-  
primat chara-  
terem, ex  
Cote. Flot.

109. Singuli Ordi-  
nes im-  
primunt  
proprios  
characte-  
res ex Scot.

110. Eadem est  
tententia  
Doc. Seraphi-